



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 170. Cardinalis Arelatensis Moguntiam delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

quosdam amicos certior factus esset, Sæcul. XV.  
S. R. I. Electores, & præ ceteris omnibus A.C. 1441.  
Archiepiscopum Moguntinum Eugenii  
partes auctoritatemque impensius tueri,  
datis ad Basileenses literis in legationis  
suæ subsidium socios sibi adjungi, hanc-  
que in rem majoris nominis Viros feligi  
postulavit. Interea vero Segoviensis per  
multos dies nomine Basileensis Synodi  
ad alloquium admitti petiit, tandem vero  
in responsis accepit, Principes Imperii in  
hanc convenisse sententiam, se ab illa u-  
nione, quam Sacramenti religione fir-  
massent, nullo pacto dimovendos, sed da-  
tam fidem inviolabiliter servaturos, quan-  
tumvis forte eorum agendi ratio aliis  
minus tuta videretur. Addebant, se  
quidem Basileensium deputatum tanquam  
privatum Oratorem æquo animo audi-  
turos, nunquam tamen permisuros, ut  
habitu Cardinalium indutus unacum  
Cruce coram eis appareret, eo quod neque  
eum pro Legato, neque pro Cardinali ul-  
lo unquam tempore agnoscerent, idem-  
que se facturos, si quis Cardinalium, quos  
Eugenius post suam suspensionem creas-  
set, accederet.

§. CLXX.

*Cardinalis Arelatensis Moguntiæ.*

Joannes Segoviensis hoc responsi genus  
ægerrime ferens, nullatenus cedere

Ss 3 decre-

**Sæcul. XV.** decrevit, donec rei gestæ seriem ad Basileenses, & præcipue ad Felicem prescrississet. Imperii vero Principes Joanni legem imponebant, ut Eugenium Pamam, si de eo sermonem haberet, nullatenus Hæreticum, aut schismaticum convitiari præsumeret, cum tamen Legatus iste nullo alio consilio Moguntiam venisset, quam ut Basileensium acta vindicaret, & Eugenii crimina, quæ eidem affingebantur, in medium produceret. His interea ultro, citroque agitatis, Cardinalis Arelatensis itidem Legatum a latere præsentaturus Moguntiam venit, comitante Joanne de Frisinga, alias dicto Cardinale S. Martini. Principes adventanti obviam mittebant Joannem de Lysura, qui eidem significaret, a se quidem Arelatensem honorandum esse ut verum Cardinalem, eumque unacum aliis etiam benigne audituros, dummodo nulla legationis suæ insignia deferret, & Crucem, atque Cardinalium habitum non indueret. Nimirum simili responso jam antea Joannes Segoviensis exceptus fuerat.

### §. CLXXI.

*Arelatensis ut Legatus nec receptus,  
nec auditus.*

**H**ac super re ingens per plures dies con-

contentio orta est, Basileensium Oratori- Sæcul. XV.  
bus nullo pacto cedere volentibus, & A.C. 1441.  
Principibus vicissim comitia sua se alio  
translaturos asserentibus, nisi eorum vo-  
luntati acquiescerent. Tandem Magistra-  
tus etiam, Civesque Moguntini Basileen-  
sibus significari jusserunt, si pertinaciter  
Principibus morem gerere detrectarent,  
se fidem publicam eis concessam revoca-  
turos, dato octo dierum adhuc spatio, in-  
tra quod ab urbe discederent. His au-  
ditis Basileensium Delegati, ne cauſsam  
suam sine ulla defensione dimitterent,  
acquiescere compulsi sunt, cum & Prin-  
cipes a sententia sua discedere renuerent,  
& Magistratus ad implendam eorum vo-  
luntatem urgerent.

### §. CLXXII.

#### *Utriusque Pontificis Legati admissi.*

Igitur Cardinalis Arelatensis die vigesi- *Asta Patricii*  
ma quarta Martii absque Cruce, & di- p. 1591. &  
gnitatis suæ insigniis comitia adiit, nullo *seq.*  
comitatu honoratus; legationis quippe  
socios, suosque famulos omnes domi re-  
linquebat. Dicebat multa ipsemet pri-  
mum, post vero plura socius ejus Tho-  
mas de Corcellis, qui supremam effere-  
bat Conciliorum potestatem, & rectum  
esse ajebat Basileensium in Eugenium ju-  
dicium, nec non legitimam æque